

59. August.

Tertio. Idem D. August. citat. serm. 19. Ecce, ait, increpatu est stultus male recondens: si stultus est, qui recondit sua, vos inuenite nomen ei, qui tollit aliena, si stultus est reconditor suorum, vlcerosus est raptor alienorum. Iste diues non inuidebat aliena, nec ea rapere cogitabat, sed solum sua recondere disponebat, illisque latari volebat, & tamen audit se stultum vocari; quales illi dicei di sunt, qui toto peccatore, ac affectu aliena ardent appetunt, illaque inuadere cogitant, eaque surripiunt: Vos, ait D. Augustin. inuenite nomen ei. Ac si ob enormitatem facinoris, ipse Doctorum princeps nomen non inueniat, inde aliis inueniendum relinquit.

Valde execrabile aliena rapere.

60. Valer.

Quarto. D. Valerius homil. 10. de auaritia, ex pendens huius hominis stultitiam. Et vere, ait, nihil stultius, querere dubia, acquirere peritura. Quid enim profunt homini opes, que ad hoc solum congregantur, vt pereant? Certe, te moriente, remanet cespes auaritia propagatus: relinquatur ampliatu possessio, vt quamuis sit in alterius potestate transfusa, testimonium tui sceleris seruetur. Quid insanius quam totis viribus incumbere ad comparanda temporalia? Quae non solum homine moriente relinquuntur, sed etiam in eis perpetuo manet insculptum quoddam perenne memoriale hominis ambitionis, auaritia, ac temporalium sollicitudinibus. Testimonium tui sceleris seruetur.

In bonis reliquiis ab auaro eius sceleris nota.

61. Cyrill.

Quinto. D. Cyrillus in Catena: Fructus quidem, ait, habes in horreis, sed annos plurimos vnde poteris obtinere? Diues igitur non perat permanentia horrea, sed caduca, & quod stultius est, vita longitudinem sibi taxat. Communiter asseritur quod diues hic dicitur stultus, quia incerta vite multos annos sibi promittebat. Aliquid maius dicamus; ager diuitis vberis fructus potulit, & post longam vitam oblectationibus repleram ipse sibi promittebat, stultus sane, nesciebat enim sibi vna res prospere obtenta, auspiciu sit aduenientis infortunij, sic & ipsi contigit, cum de fructuum copia exultat, statim ipsa nocte atra mors eum occupat.

Vna prosperitas auspiciu infortunij.

62. Basil.

Sexto. Cum hoc diuite componatur ille Angelus lucifer, qui dicebat in corde suo. In calum conscendam: super astra Dei exalabo solum meum; sed deo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium: similis ero Altissimo. Isai. 14. num. 13. statim ei subiungitur condemnatio in infernum. Veruntamen in infernum detraberis, in profundum lacu. At vero diues cum cogitaret de horreis amplificandis, de suisque fructibus congregandis, in infernum relegatur. Repetent a te animam tuam. Vt ait Chrylost. Exposcent eam terribiles virtutes. Et insuper stultus vocatur, quod, vt inquit D. Basilus in limine quaestiois datus: Ipsis aeternis cruciatibus maior est stultitia nota, vt ibi ponderaui. Res valde digna scitu, cur superbissimus Lucifer, cum in iudicium venit, solum inferni sententia contra eum profertur: in infernum detraberis. At vero diues iudicio non solum ad infernum destinatur, sed insuper stultus nuncupatur. Lucifer Dei honorem, ac solum ambiuit; Diues vero decreuit omnia sibi reponere, nil pauperibus elargiri, vt docent communiter Patres D. August. D. Ambros. D. Gregor. D. Chrystolog. Beda saepe dati in hoc cap. Et adeo viscera ferrea in egenos a Deo abominantur, vt rigidiori poenae non deputetur, qui Dei cultum sibi vsurpare cogitauit, sed potius ille, qui in animo habuit, vt famescenti pauperi panem denegaret.

Durior poena in immiter cordem, quam in ambientem Dei honorem August. Ambros. Chrystolog. Gregor. Beda.

Septimo. Seruus ille, qui Domini sui talentum datum non multiplicauit, dicitur a Domino: Serue male, & piger. Matth. 25. num. 26. Et ille alius, qui in conseruum immisericos extitit, a Domino nuncupatur: Serue nequam, Matth. 18. num. 32. Cur ergo Dominus hunc diuitem non vocat seruum nequam, vel malum, sed stultum? Disponat hic, vt solus suis prouentibus fueretur, qui autem in bonis habendis solus vult esse, non vt homo nuncupatur, sed vt rusticum quoddam animal, stultus, & insipiens appellatur, solitaria enim cupiditas in possessionibus obtinendis, in bestialem quandam stultitiam degenerare fecit.

63. Math. 25.

Math. 18.

Solus in bonis stultus.

64. Danic. 4.

Iudith 2.

Paulin.

Qui omnia solum vult habere, stultus insuper omnium bestiarum.

65. 3. Reg. 21.

Ambros.

Qui omnia possidet, deterior bestia.

QUESTIO IX.

Quare nocte mors rapit Auarum?

VLTVM distat Iustorum mors a peccatorum morte, quod recte ponderat P. Bacca tom. 4. de Christo sig. cap. vltim. 7. In morte Davidis, & huius Auari. De primo dicitur 3. Reg. 2. num. 1. Appropinquauerunt dies David, vt moreretur.

66. P. Bacca.

3. Reg. 2.

At huic auaro profert sententia: hac nocte repetent a te. Iustus in morte ingreditur in lucem, ac splendorem sanctorum; at iniquus rapitur ad horribiles demonum tenebras; & haec sit prima ratio, ob quam nocte auarus moritur.

67. Nyssen.

Bona temporalia sunt veluti quaedam nocturna somnia.

68. Damian.

Ex Damiano obsequio tenebrae reportantur.

69. Strabus.

Gregor.

70. Ambros.

Chrystolog.

71. Ioan. 3.

Secundo. D. Gregorius Nyssen. lib. de orat. Domini. orat. 4. Quid diuiti illi, ait, profuit multus comitatus, & apparatus? Quid vana spei inherescebat, & inhiabat? Diruens, adificans: congregans, genio indulgens, longos annorum ambitus spei vanitate in horreis simul concludens? An non vna nox illam somniantem spem confutauit, & quasi vanum quoddam insomnium super re vana confutum? Multas spes de prouentibus, fructibus, de epulis, lantia, ac exultatione fabricabatur diues, venit mors in nocte, cur potius, quam in die? Vt ostenderetur, quod omnia illa bona, eorumque dispositiones, ac cogitationes ad quaedam nocturna somnia spectarent, & in quodam nocturno somnia terminati, ac compleri.

Tertio. Petrus Damianus opuscul. 43. cap. 2. Diues, ait, non die, sed nocte perimitur, primogenita Aegyptiorum: nimirum qui non spreuit Aegyptum, sed obsequium praebuit rectoribus tenebrarum, qui ipsi nocte animam eius repetunt, quoniam odiuit lucem, nec iustitiam consecutus est veritatem. Diues veluti primogenita Aegyptiorum relinquit iustitiae lucem, & se rectoribus tenebrarum in obsequium tradidit, dignum sane esse, vt ab illis suum spiritum accipiat, vt in medio tenebrarum ad tenebrarum cloacam demergatur.

Quarto. Strabus. In nocte, ait, aufertur anima, que in obscuritate cordis, quod poterat pati, prauidere noluit. Nocte castigandus fuit diues iste, quia quidquid pati poterat, quibusque cruciatibus se exponebat, prauidere debuerat, quod cum obcaecatus corde non fecisset, in tantam damnationem deuenit. Quinto. D. Gregor. lib. 22. moral. cap. 2. Eadem nocte, inquit, sublatu est, qui in rerum sibi abundantia multa tempora fuerat praestolatus: vt scilicet, qui in longam sibi subsidia colligendo prospiceret subsequentem diem, vel vnum minimum videret. Ecce quomodo fallitur humana praesumptio, quomodo contra diuinam prouocat violationem, qui enim longam vitam per multos annos cum magna rerum copia sibi promittebat, qui multa fiducia de se plura iactabat, vt nec vnum diem, nec illam integram noctem teneat. Nec subsequentem diem, vel vnum minimum videret.

Sexto. D. Ambrosius lib. de Naboth. cap. 4. Nocte, ait, anima auari repositur, que a tenebris incipit, & in tenebris perseverat. Auaro semper nox. Auarus nullum diem habet, nullam solis lucem videt sed cupiditas rerum vniuersos dies illi eripit, qua eius mens obcaecata in tenebris ambulat, a tenebris suas cogitationes incipit, in illis perseverat, & finitur. Auaro semper nox est. Cum a luce misericordiae, ac pietatis fugiat. D. Chrystolog. serm. 104. Conuenienter hac nocte, inquit, quia fugiens misericordia lucem, auaritia tenebris se manciparat.

Septimo. Nox illa, imo potius hora illa, vt terminus praefixus assignatur Auaro. Hac nocte animam tuam repetent a te. Et tamen auarissimis, ac valde sceleratis Ninuuitis, cuius sua bona erunt, ac si ei dicatur, nec tu illis fruere, nec ea tecum asportabis, nec in cuius possessionem deueniant, tibi est notum, quo multum cruciatur auarus, cum eius diuitiae multum ei essent in corde. Euthym. Non solum, ait, tibi non cedent, non tua erunt,

huc quadraginta dies, & Ninuui subuertetur. Cur insolentissimis viris non dantur breuiores induciae, cum auaro tam strictae proponantur? Hac nocte repetent animam tuam. Volebat Deus suam misericordiam Ninuuitis concedere, quam avaro, ex alto suo iudicio denegabat; dantur ergo Ninuuitis non vnus, vel tres dies, sed quadraginta, ac multi, quia Dei misericordia non breui termino coarctatur, sed per multa, & larga tempora se diffundit, & extendit, & hoc non nocte, sed die, non proponuntur quadraginta noctes, sed dies, cum enim opera essent misericordiae, & pietatis, de quibus maxime Deus gloriatur; clara dierum lux eligitur, vt suae benignitatis affluentia ab omnibus videatur; At in auarum districtus securioris iustitiae rigor vibrabatur; ad breuem noctis horram setuatur, vt tempore breuis, & sub tenebrarum caligine absconditus maneat, quasi summus Deus strictioris suae iustitiae bonum, nostro metaphorico dicendi modo videtur aliquantulum erubescere, sicut & penitere dicitur.

Deus nocte abscondit suum rigorem.

In noctis medio egreditur populus Israel de Aegypto iuxta illud Sapientiae 18. num. 14. Cum nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus venit, &c. At vero clara die in terram Promissionis transacto Iordane introducuntur. In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel. Ios. 4. num. 14. Quare tanta temporum differentia in exitu, ac ingressu? Egredius filiorum Israel de Aegypto ex alta Dei ordinatione omnium barbarorum primogenitorum caedem secum habebat annexam. Vna plaga tangam Pharaonem, & Aegyptum, & post haec dimittet vos; morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, &c. Exod. 11. num. 1. & 5. vt ait D. Ambrosius Psalm. 118. serm. 8. Non otiose Dominus Deus noster, cum posset quocumque momento primiuus Aegyptiorum extinguere, hoc tamen tempus opportuniu iudicauit; vt tanta mortuorum strages, tantisque omnium domorum clamor, siquidem, nulla erat, in qua clamor non audiretur, ordinatur tamen, vt sub noctis tenebris sit absconditus: at vero magna Dei liberalitas in totum populum Israel, vt ipse possideret terram fluentem lac, & mel solari die prodit. Primogenitorum mors noctis obtenebrata absconditur, terra promissionis obtenta omnium oculis clarescit. Hinc ad stragem primogenitorum vnus minister Angelus exterminator mittitur citato sapientiae loco, terrae autem promissae ipse Dominus ingressum parat. Cum introduxerit te Dominus in terram, quam iurauit patribus tuis. Exod. 12. num. 5. Deuter. 6. n. 10.

72. Sapient. 18.

Iosu. 4.

Exod. 11. Ambros.

Nocte inferitur suppliciu, die benefecit conceditur.

Exod. 12. Deuter.

QUESTIO X.

Quare non solum auaro intimatur mors, & aeterna poena, sed etiam euentus suorum bonorum?

NON solum auaro intimatur illius stultitia, mors, instans, futura, aeterna poena inferni, sed etiam inscientia, cuius sua bona erunt, ac si ei dicatur, nec tu illis fruere, nec ea tecum asportabis, nec in cuius possessionem deueniant, tibi est notum, quo multum cruciatur auarus, cum eius diuitiae multum ei essent in corde. Euthym. Non solum, ait, tibi non cedent, non tua erunt,

73. Euthym.

sed nec tibi manifestum est, cuius erunt, virum haeredis, an peregrini; amici, an inimici, quod ipsum etiam merorem adaugeat.

74.

Paulin.

Secundò. D. Paulinus Epistol. 31. consumpta iam vita, de vitæ apparatus cogitanti dictum est: stulte, hac nocte expulsiabitur anima tua: quæ parasti, cuius erunt? Cui thesaurisunt, ignorant, qui nolunt intelligere, cui debeant thesauros suos: digni, qui nesciant, quo successore, dimittant, quia nesciunt, quo largitore possideant. Cur non habet homo oculos, ut videat, ad quem bona illius deuenient? Qui in bonis obtentis Deum penitus ignorauit auctorem, ut pro acceptis donis illi gratias referret, merito sic & punitur, ut ignoret successorem; qui in suis prouentibus Deum non cognoscit auctorem; sic cæcus efficitur, ut illorum fluxum, ac euentum non videat.

75.

Dem dat locum pœnitentiæ.

Tertiò. In hoc colloquio cū diuite maxime hic resplendet diuinæ bonitatis excellentia. Poterat nullo sermone habito cum diuite, ab eo animam repetere, æternisque cruciatibus illum relegare, in ipsa eius cogitatione. Habes multa bona anima mea. Eum libitò artipere, tamen voluit cum eo habere sermones, nam diuitem irridet, stulte; & minatur ei mortem, animam tuam repetet à te. Suorumque bonorum absconditum euentum ei proponit, & quæ parasti cuius erunt? Dat diuiti spatium pœnitentiæ, ut cum ipse instantem mortem audit, respiciat, ac ad pœnitentiam confugiat, quod cum non facit, in æternam labitur damnationem.

76.

Genes. 3.

Post peccatum primorum parentum, cum ipsi audissent vocem Domini deambulantis in paradiso. Genes. 3. num. 7. Ad quid Deus, qui ambulat super pennas ventorum, qui in instanti totum præuolat spatium, venit deambulans tanquam morose, ac paulatim gressus suos dirigens? Nonne conuenientius videbatur, statim post peccatum illos subito conuenire, ut sine mora de suo delicto redarguerentur? Deambulauit Deus ex sua intima pietate moras interponens, ut eis pœnitentiæ daret locum. Hugo de sancto Victore; Ecce, inquit, quanta est misericordia Dei, non vult eos subito conuenire de sua culpa, ne amissa verecundia inuerecundi fiant, & perrinaces, sed dat eis locum pœnitentiæ, & consilij, vnde deambulauit, ut audiant, & sic fiant ipsius Dei memores.

Hugo.

Luc. 11. n. 21. Sic est, qui sibi thesaurisat, & non est in Deum diues.

VERSIONES.

- Syriacus. Ita est qui reponit sibi thesauros: & in Deo non est diues.
Arabicus. Sic qui sibi congregat bona, & non est apud Deum diues.
Euthym. Sic qui sibi recondit, nec apud Deum ditescit.
Arius. Sic thesaurisans sibi ipsi, & non in Deum ditescens.
Theophylact. Sic qui recondit sibi, nec est erga Deum diues.

EXPOSITIO V.

77.

IC est. Accommodat Dominus similitudinem suo proposito, ac intentioni. Sic est.

Talem nempe fortitur euentum, taliæque eueniunt ei. Beda. Stultus est, & in nocte rapiendus, qui reponit sibi thesauros: qui omni affectu reponit, ac accumulatur suas diuitias, ac bona sibi soli, suisque tantum vñibus, ut illis fruatur. Non est in Deum diues. Quid autem sit diues in Deum est inquirendum. Primò, & valde genninè. Ille est diues in Deum, qui bona opera, virtutes, tanquam aurum, & argentum congregat. Vnde ait Euthym. Diuitia secundum Deum sunt acquisitio virtutum. Sic. 1. Timoth. 6. num. 17. & 18. Præcipe, ait, diuitibus huius sæculi, non sublimè sapere, non sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo; bene agere, diuites fieri in bonis operibus, &c. Pro quo nos habemus. Diues in Deum, legunt Vatabl. Euthym. discedens in Deum. Ac sic ab huiusmodi virtutum diuitiis nunquam Christianus cessare debeat.

Beda.

Euthym. 1. Timoth. 6.

Vatabl. Euthym.

78.

Glossa.

Theophyl.

Beda.



CAPVT XXII.

Lumbi præcincti.

Luc. 12. n. 35. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

VERSIONES.

- Tertull. lib. 4. Succincti lumbi vestri. contra Marc. cap. 29.
S. Prosper de Accincti lumbi vestri. Prædit. p. 2. cap. 18.
Syriac. Vatabl. Et accensæ lucernæ vestre.
D. Cyrill. lib. de Lucernæ ardentes, & cal. Adoratione in ciati in pedibus vestris. spiritu.

EXPOSITIO I.

IC cap. 12. refert D. Lucas admirabilem Christi sermonem, quo docuit omnem auaritiam,

tiam, anxiam caducarum rerum sollicitudinem esse fugiendam, eleemosinam largiter exhibendam, quæ omnia fatis late explicauit ad cap. 6. Matth. tom. 2. c. 16. & 17. Nunc verò consequenter docet, ut sint expediti, ac prompti ad viam. Theophylact. Postquam Dominus, ait, discipulum suum nudauit ab omni sollicitudine, & cupiditate temporalium, plane leuem reddidit, & nunc ministrum suum facit. Seu ut ait D. Chryostomus homil. 15 in Matth. Ostendit Dominus, inquit, quia nemo potest habere lumbos præcinctos ad exendum de hoc mundo, nec lucernas ardentes, nec expectare Dominum suum, nisi qui vendunt, quod habent, & dant eleemosinas. Tanta est eleemosina vis ut nos ducat in cælum, ipsumque ut appropinquantem nos faciat expectare.

Theophyl.

Chryost.

Qui dant eleemosinas solum Dominum expectare possunt.

2.

Syriacus. Arabicus. Vatabl.

Modum præparationis assignat Dominus; sint lumbi vestri præcincti. Abiectis omnibus impediementis, cum omnis virtutis, ac sanctitatis opere estote præparati ad iter faciendum. Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Syriacus, Arabicus, Vatabl. & alij multi prætermittunt, in manibus vestris. Nostra tamè vulgata optime retinet illam dictionem, in multisque exemplaribus habetur, ut cum eis tanquam famuli Christo Domino venienti occurramus, quo denotatur Domini aduentus maxime instans, ut in sequentibus latius explicabo.

QVÆSTIO I.

Quare Dominus suis mandat, ut sint lumbi eorum præcincti?

3.

SYRI, ac Iudæi longioribus, ac prolixis vestibus induebantur, indeque iter facturi, laboraturi, aut ministraturi contrahebant vestes, illarum extrema, vel partes cingulo ad lumbos ducentes. Euthym. Solent, ait, qui aliquid operantur lumbos habere præcinctos, ut expedite operentur. Hoc patet ex num. 37. præcinct se, & transiens ministrabit illis. Et Luc. 18. num. 8. Præcinge te, & ministra. 3. Reg. 18. num. 46. Elias præcinctis lumbis currebat ante Achab. 4. Reg. 4. num. 29. Elisæus dixit puero suo Giezi: Accinge lumbos tuos, & vade. Filius Tobie 5. n. 5. Angelum Raphaellem, ut iuuenem præcinctum, & quasi ad iter paratum inuenit. Hoc posito

Euthym.

Luc. 18. 3. Reg. 18. 4. Reg. 4.

Tob. 5.

4. Tertull. Cyprian. Bostrenf. Euthym. Theophyl.

Non debemus esse desidæ, sed occupati in Dei obsequio.

Theophyl.

Respondeo primò ad quæstionem cum Tertulliano lib. 4. contra Marci. cap. 19. D. Cypriano de vnitæ Ecclesiæ, & lib. de exhortat. Martyrum. cap. 8. Tito Bostrensi, Euthym. Theophylact. quòd cum immediate antea Dominus fecisset sermonem de Regno cælesti, ad cuius expectationem suos discipulos exhortauerat, nunc verò docet, quo studio, qua vigilia, ac solertia illud debeant expectare, sumpra metaphora à seruis, qui nocte Dominum suum venturum expectant maxima cura, præcincti, ut attenti, ac expediti ad omne opus, ad ministrandumque in omnibus sine vlla mora, & dilatione, cum lucernas accensas habeant, ut non sit necesse in illis accendendis aliquod tempus consumere; Ac proinde adhortatur nos Dominus, ut abiecto omni impedimento, nunquam desides, ac ostiosi simus, semper occupati operibus iustitiæ, ac virtutum, omni operi bono incumbamus; agentes illa, quæ venturo Domino sint grata. Theophylactus, Omnibus

modis, ait, parati estote ad opera Domini vestri. Secundò. Tertullianus lib. 4. contra Marcion cap. 29. succingere debemus, ait, lumbos, id est, expectari esse ab impedimentis laboriosa vitæ, & implicita. D. Augustin. lib. 2. quæstion. Euangel. quæst. 25. ait: Docet lumbos præcingere propter continentiam ab amore rerum secularium. Monet Dominus, ut simus expediti ab impedimentis earum rerum, quæ humi repunt, & laqueos nobis iniiciunt, & implicent, ut abimus à vitis expurgatus, magno nisu ad Dei obsequium, & dilectionem contendat. Hinc D. Cyrillus Alexandrin. in Catena Diui Thomæ; ait: Succingi significat agilitatem, & promptitudinem ad sustinenda mala intuitu diuini amoris. Preme verba Tertulliani, expediti esse debemus. Qui enim Deo seruit, moras tollat, cunctationem summoueat, alacer, ac celer sit in via Dei; placet ei diligens operatio.

5.

Tertull.

Aug.

Cingenda mens, ut ad Dei obsequium feratur.

Cyrill.

6.

Basil.

Hieron.

Augult.

Gregor. Beda.

Haymon. Bonau.

7.

Ex lucta libidinis illustrior castitas

Philipp. Abb.

Castitas totius virtutis, ac felicitatis initium.

8.

Chrysol.

Radicit malorum remedium applicandum.

Tertiò. D. Basilus in Isai. 15. D. Hieronymus Ezechiel. 16. D. August. serm. 39. de verbis Domini, D. Gregor. homil. 13. in Euangel. Beda, Haymon, D. Bonau. & alij Patres statim citandi mystice intelligunt, lumbos præcingere, carnis scilicet luxuriam, (cuius vi, & feminis origo in lumbis est) per continentiam coarctate, ac refrænare.

In qua sententia Sancti Patres multa præclare dixerunt. Primò D. Gregor. Nazianzen. orat. 39. sint lumbi vestri præcincti; Renes, ait, laudabilem mutationem sentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transferentes. Præclare sane. Lumbi, in quibus luxuriæ petulantia inuenitur, sic castitatis cingulo præcinguntur, ut tota libidinis flamma derelicta, & quæ lasciuia fomitem ministravit, militet castitati; dum laudabili mutatione ipsa cupiditas edomita ad Deum transferatur magno castitatis splendore, dum ex ipsa lucta lasciuia detestata, illustrior apparet castitas. Secundò. Philippus Abbas lib. in Cantic. cap. 16. Prudens iste artifex, ait, primò velut basim ponit, iacit operis fundamentum: motus fluxus restringere forti cinctorio castitatis, basis quadam est solida, & initium sanctitatis. Exhortatur Dominus suos ad omnem virtutem, ac iustitiam, peculiariter tamen per lumbos præcinctos eis castitatem commendat, hæc enim totius sanctitatis est fundamentum, ac omnis felicitatis præclarum initium; cum ipsæque omnes virtutes confluunt. Tertiò. D. Fulgentius. serm. de hoc Euangelio. Omnis Christianus, ait, præcinctos habeat lumbos, ut fugiat libidinem. Lumbos præcingunt, vestes contrahunt, qui nullo impedimèto fugere curant; omnes virtutes ad cõgressu pugnae milites suos instaurant, & præparant. At verò castitas illis quos victores expetit, non congressum, sed fugam suadet, fuga enim de luxuria illius victoria est.

Quartò. D. Chrysol. serm. 25. Dixisse suffecerat: ait, estote præcincti: cur lumbos potissimum nominat. Cur tanta iubentis reuerentia lumborum facit magnopere mentionem? Quæris quare; Quia in lumbis tota est corporis causa; ex lumbis tota carnis nogoria suscitatur; in lumbis tota est humani lapsus, humana fragilitatis occasio. Inde venit, quod virtutis ignaros, efficit seniores. Hinc est ergo, quod principaliter Dominus lumbos nostros astringi iubet baltheo castitatis, & totum carnis nostre pendulum fluidum, resolutum constringi mandat Zona virtutis. Non solum imperat Dominus, ut sui sint præcincti, sed expresse præcipit ut lumbos astringant; qui rem à lapsu, ac ruina vult reformare, ac restaurare, totum suum cogitatum, ac remedium origini,